Universitätsbibliothek Paderborn

Conferentiæ Theologico Morales

Compendiosè propositæ ac breviter resolutæ Ad Usum Directorum Conferentiarum Hebdomadalium ... DD. Parochorum, Curatorum, Confessariorúmque omnium

Ex Materia Septem Sacramentorum Atque Justitiæ De Restitutione Excerptæ

Sargar, Elisaeus

Augustæ Vindelicorum, 1720

Cui restituendum. n. 452.

urn:nbn:de:hbz:466:1-41194

Visual Library

transfers te Argentoratum ; vel commoda tibi hic veſtem pretioſam , quacum vadis i Helvetiam : Quæritur I. an tu mihi ſatisfaci reſtituendo equum Viennæ ? II. An ego t near tibi mittere pignus Oeniponcum ? III. A ego obliger meis expenſis tibi mittere torque aureum Argentoratum ? IV. An tu tenea tuis expenſis mihi mittere meam veſtem p tioſam ex Helvetia.

RESOLUTIO : Reſtitutio ex contractu ſto , in quo eadem numero res reddenda (puta pignus , depoſitum , commodatum) o dinarie reſtitui debent in loco , in quo trad ſunt , niſi contrahentes aliter inter ſe paciſca tur. Ita *Comm.* Ratio eſt : Quia qui paciſc tur de eadem re , videtur etiam tacitè paci de eodem locò, niſi expreſſé aliter inter ſe co veniat. Ex quo facile reſolvere eſt quas propoſitas quæſtiunculas , ſcilicet te debe mihi reſtituere equum conductum, aut preti empti Campidonæ : Item pignus tollere t expenſis : ſimiliter & torquem aureum ap me depoſitum : ac mittere mihi meam veſt pretioſam.

Cui.

CONFERENTIA. XXXVI.

452. Dictum eſt ſup. Poſſeſſorem bonæ fidei p

ſe rem emptam à fure, quem neſciebat eſſe ta-
lem, reſcindere contractum, & reddere eam fu-
ri, ſi alia via ab eo pretium acquirere nequeat:
quæritur hic an idem poſſit, qui ſcienter rem
emit à fure? ℞. Probabilior & verior eſt ſen-
tentia (quamvis oppoſita non ſit omnino im-
probabilis) talem teneri rem furtivam imme-
diatè domino, non furi reſtituere.

Ratio eſt: tum quia tenetur non ſolum ra-
tione rei acceptæ, ſed etiam ratione injuſtæ ac-
ceptionis, eſtque quaſi fur, tum, quia cenſetur
hoc damnum in ſe ſuſcipere, ac credere juri,
quod alioquin haberet ad reſcindendum con-
tractum, tum denique quia malitia & dolus
nemini patrocinari debet: hic autem ipſi pa-
trocinaretur, ſi poſſet eam reddere furi, ad re-
cuperandum ſuum pretium: Igitur &c.

CONFERENTIA. XXXVII.

Si ego Tito debeo centum ex mutuo: & Ti-
tius ſimiliter debet Cajo centum: an ſatisfa-
ciam meæ obligationi, numerando Cajo cen- 453
tum; ℞. Subſiſtente rationabili cauſa, & in
foro conſcientiæ, affirmativè. Ratio eſt: quia
tali modo adhuc ſervatur æqualitas, ut nim.
quilibet habeat, quantum habere debet. Nec
certè Titius poteſt eſſe rationabiliter invitus,
quod ego ex rationabili cauſa ipſum præve-
niendo, ſolvam ejus creditori Cajo, ad ejus
damnum avertendum, quippe alias ſuum de-
bitum difficulter recuperaturo.